Quelle:
Copyright:



344. Cod. CXLVI. n. 3. 4.

" volentes et confessores ". Incongrua autem est hac inscriptio: non enim S. Augustini homilia, sed Leonardi exhibetur expositio doctrinae, quam de purgatorii igne, et peccatis in praefata homilia tradidit Augustinus. Initium est: " Et considerandum est propter clariorem intelligentiam. " Eundem tractatulum reperies in Lambec. Comment. Biblioth. Caesar. Vienn. edit. Kollar. T. 2. col. 829. Hunc libellum Lambecii l. c. et cat. eo Quetif T. I p. 843 adscribunt Leonardo de Vienna Lectori circa annum 1463. Annon idem cum Leonardo de Valle Arixien.?

3

Sermones varii. 21a-278b

Sermones varii de dominicis, festis et indiscriminatim collecti, partim integri, partim mutili, aliaque notata, brevia, quae praedicatoribus inserviant. Initium hujus compilationis est de peccatis infidelitatis, blasphemiae, et haereseos: " Si te non audierit et tria sunt peccata ".

4

Excerpta hi, storica. 279a-310a

Excerpta historica varia, scilicet ex speculo historiali Vincentii Bellovacensis, et legenda S. Thomae Aquin., Caesarii dialogo, historia Lombardica et